ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 43r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



agunt. uix mala sua post quā fuerunt perpetrata cog
noscunt. Qui dum perturbationi sue minime obsistunt.
etiam si qua a se tranquilla mente fuerant bene gesta
confundunt. et improuiso impulsu destruunt quicqd
forsitan diu labore prouido construxerunt. Ipsa nāq;
que mat̄ est omniū custusq; uirtutū. p impacientie
uitium uirtus caritatis amittit; Scriptum quippe
est; Caritas patiens ē; Igit cum minime patiens est.
caritas non ē. Per hoc quoq; impacientie uitiū ipsa
uirtutum nutrix doctrina dissipatur. Scriptum
namq; ē; Doctrina uiri p pacientiā noscitur; tanto
ergo minus quisq; ostendit doctus. quanto minus con
uincitur pacens. Neq; enim potest ueraciter bona docen
do impendere. si uiuendo nesciit equanimiter aliena mala
tolerare. Per hoc quoq; impacientie uitium. plerumq;
mentē arrogantie culpa transfigit. Quia dum despica
in mundo hoc quisq; non patitur. bona si qua sibi occul
ta sunt ostentare conatur. atq; sic p impacientiam usq;
ad arrogantiā ducit. dum quia ferre despectionem
non potest. deuegendo semetipsum in ostentatione
gloriatur. Vnde scriptū est. Melior ē pacens
arrogantis. quia uidelicet eligit patiens quelibet
mala perpeti. quam postentationis uitiū bona sua oc
culta cognosci. At contra eligit arrogans bona de se

mecclasten.